TRACTATVS,
DE COMMISSARIIS, ET COMMISSIONIBVS
CAMERÆ IMPERIALIS, QVADRIPARTITVS.

Rutgeri Rulant Aquiſgranenſis, D.

Omnibus, præſertim probationes cuiuſcunque generis recipientibus, & aliena negotia, tam publica, quàm priuata, expedientibus, vtilis ac neceſſarius.

EDITIO SECVNDA.
duplo priore auctior.

Quod Lector ex lectione Tertiæ, & Quartæ Partis, quæ de nouo acceſſerunt, vt & iis, quæ hiſce ſignis [ ] incluſa ſunt, facilè deprehendet.

PARS I.

De Perſona, & officio; tam Commiſſariorum, quam aliorum, quorum operâ ii vtuntur: nec non de origine, progreſſu, medio, & fine Commiſſionum, agens.

Num. 42. cax. 8.
Num. . 3.

Cum Gratia & Priuilegio Cæſ. Maieſt.

FRANCOFVRTI,
Ex Officina Typographica Ioannis Saurii,
Sumptibus Rulandiorum.

M. DC. IV.

SACRI ROMANI IMPERII IVDICII
AVGVSTISSIMO SENATVI;

REVERENDISSIMO PRINCIPI: ILLVSTRIBVS ET GENEROSIS COMITIBVS ET BARONIBVS, NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, ET CLARISSIMIS VIRIS, DOMINO IVDICI, PRÆSIDIBVS,

ac Aſſeſſoribus, Dominis, Patronis, & Fautoribus: clementiſſimo, clementibus, & debita obſeruantia honorandis

S. P. O.

CVM ſuperioribus annis, Reuerendiſſime Princeps, Illuſtres, Generoſique Comites, & Baro, Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Clariſsimique Viri, tria Mandata è Sacro Collegio veſtro emanata, tres diuerſas Commiſsionum ſpecies ad probationes recipiendas complectentia, eodem tempore ab Impetrantibus ad me tranſmitterentur, petereturque, vt eas expediendas Commiſſiones ſuſciperē: tot tantaq; in iis perlegendis, ob earum diuerſitatem (:mandabatur enim non ſolum Teſtium examinatio; ſed & terminorum inſpectio, lapidumque finalium eleuatio:) mihi occurrebant difficultates ac dubia; vt me excuſare potius, quam eas ſuſcipere prima facie maluiſſem. Verum, quia excuſatio cum turpitudinis ac inſcitiæ aliquā notâ coniuncta: & piaculum, mandatis ab auguſtiſsimo hoc Collegio decretis non abſque tergiuerſatione parere; & res etiam ipſa (:Commiſsionibus vtpote omnibus ad perpetuā rei memoriam impetratis:) procraſtinationem ac moram non admitteret: tandem iſtas, earundemque expeditionem debita & condigna reuerentia in me ſuſcepi: vtque in iis perfungendis & expediendis, omnes, quæ occurrere poterant, & ob oculos mihi verſabantur, difficultates

DE COMMISSARIIS, ET COMMISSIONIBVS CAMERÆ IMPERIALIS,

LIBER PRIMVS.

AGENS DE ORIGINE COMMISSIONVM, & perſona Commiſſarij.

CAPVT I.

ARGVMENTVM.

De origine commiſſariorum & commiſſionum.

SVMMARIA.

1 *Principia non altius repetenda.*
2 *Initia altius repetenda ſecundum alios.*
3 *Media via tenenda exemplis Iuriſconſultorum docetur.*
4 *Origo ſemper inquiri ſolet.*
5 *Teſtes olim examinabantur à Reo vel Actore, iudice præſente.*
6 *Teſtium quidam voluntarij, quidam neceſſarij.*
7 *Teſtium examen acumen & vigilantiam poſcit.*
8 *Quomodo ab inuito teſte verum extorqueatur.*
9 *Interrogationes teſtium olim actoris & defenſoris fuerunt.*
10 *Partes ſibi ſtudent per captiones.*
11 *Teſtis præſente parte, vel ab ipſa parte examinatus, facile ex metu aliove affectu, & veritate ſeducitur.*
12 *Quem teſta vgit facilior ad eam eſt.*
13 *Alius modus ſurrogatus examinandi teſtes.*
14 *Iudici vtile eſt, per ſe teſtes audire.*
15 *Ocularis inſpectio iudici facienda.*
16 *Iudex peritis quādo iis, quibus quid in ſua arte mandatur, adeſſe debeat.*
17 *Exempla inſtrumentorum iudex præſens deſcribet.*
18 *Tertius modus inuentus ſuſcipiendi probationes.*
19 *Impedimenta iudici Commiſſionis iniungendæ materiam præſtant.*
20 *Multitudo cauſarum Cameræ maximū impedimentum iudici adfert.*
21 *Impedimentum etiam alterum eſt abſentia.*
22 *Opinio eorum, qui nuſquam teſtes per iudicem examinari autumant, reprobatur.*
23 *Camera Imperialis quando per ſuos teſtes examinet.*
24 *Inferiora iudicia etiam per ſe teſtes examinant.*
25 *Habentibus iuriſdictionem olim tantum committebatur.*
26 *Fallit, quando pars altera conſentiebat.*
27 *Item, quando egregia perſona examinanda.*
28 *Iure Canonico indiſtincte committitur.*
29 *Quædam iudicia habent Commiſſarios ordinarios.*
a *Quare de origine inquirendum.*
b *Cauſa quare iudices non examinent.*
c *Dicta hoc capite ad ocularem inſpectionem.*
d *Et ad inſtrumenta.*
e *At ad recognitionem inſtrumentorum, ſpectant.*

SIMILES † Tractatus ſcri- 1
bentes, [aliquid præfari eſſe
neceſſarium ducūt, per tra-
dita à Iacob. Guarr. *in l.2. C.*
de reſcind. vend. fol.3. Quod &
mihi faciendū duxi. Quam-
uis autem] quidam rem ge-
mino ab ouo, primiſque incunabulis ex vete-
ribus ſeculis accerſere ſuperfluum ac inane
eſſe exiſtiment, ita de legato loquitur Franciſ.
le Vayet. *de legat. cap.1.* † Alii è contra in iam di-
cta legati ſpecie rem altiſſimè repetant, anti- 2
quaſque omnes ſpecies latiſſime perſequan-
tur. Alb. Gent. *in tract. de legatis in integ. lib.1.* vbi
de hiſce ſpeciebus tractat. Ac in hac, quod in
aliis fieri ſolet partibus, accidat, quod trahat